Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36538
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

sublimans ad iudicandum seruum assumit. De
hoc ariete siue de his arietibus. nam et unum et mul
ti sunt. unum significant unitatem caritatisque concordiam
multis attendas. multi si personarum proprietates
respicias. De his ergo arietibus loquitur psalmista
in persona ecclesie dicens. Holocausta medul-
lata offeram tibi cum incenso et arietibus. Sic enim
antiqua habet translatio. Sed nec hircos pre-
misit. quos lex arieti copulauit. cum primum
adiunxit. Offeram tibi boues cum hircis. In beati
augustini cum super hac ecclesie oblatione disse
reret. magni inquit arietes. magni boues.
Quid illi qui forte in ipso itinere lapsi et sau
ciati per penitentiam sanantur. Numquid ipsi re
manebunt. Ne ipsi timeant addidit et hir
cos. Adiunctione illa saluantur hirci. Per
se non possunt. adiuncti bobus accipiuntur.
Fecerunt enim amicos de mammona iniquitatis.
Qui hirci erunt a sinistris. Quibus dicetur. esuri
ui et non dedistis mihi manducare. nonnulli pec
cata sua elemosinis redemerunt. Habes enim
dentem hircorum geminam. idest duos hircos quos lex
cum ariete direxerat offerendos. Post iudi
cium namque ordinem reliqua multitudo que
eorum expectat sententiam. diuisam sortem ac
cipiet. ut pars que peccatis renuntiauit
et elemosinis ea redemit. dexteram teneat
regnum post iudicium perceptura. pars que
in peccatis perseuerauit. que pro eorum abolitione
numquam sollicita fuit. in sinistram transeat.
cum diabolo et angelis eius in extremum abitura.
Utraque enim Christo offertur. illa ut coronetur. ista
ut dampnetur. Illa regi suo presentatur. ut la
boris pacti mercede recipiat. ista iudici ex
hibetur. ut tormentis adiudicata congruam sibi
uindictam sustineat. Suscipit ergo duos hir
cos pro peccato. cum ab uno pro transgressionibus suis
recipit satisfactionem. ab illo expetit dap
nationem. Sequitur. Cumque obtulerit uitu
lum et orauerit pro se et pro domo sua. duos hircos

h ut et ipsi recipiant illos in eterna tabernacula. Hoc isti hyrci
non erunt a sinistris. quia fecerunt enim amicos de mammona ini
quitatis.

stare faciet coram domino in hostio tabernaculi testi
monii. mittens super utrumque sortem unam domino. et
alteram capro emissario. Notanda est diuersitas
hostiarum. Primo decernitur quas aaron offer-
re debeat. uitulum scilicet atque arietem. deinde sub
iungitur. ut alias a plebe accipiat. Principa
lis itaque hostia que alias sanctificat que aliis me
ritum prestat. a uitulo uidelicet pontificis ordinem
sumit. ad illam redit. ac deinde aliarum dispo
sitionem subnectit. Cum obtulerit inquit uitu
lum. et orauerit pro se et pro domo sua. Res est non
ignota fidelibus. Christum cum passioni appropinqua
ret. tam pro se quam pro familia sua preces patri
obtulisse. Nam subleuatis oculis in celum pater
inquit uenit hora clarifica filium tuum. ut filius
tuus clarificet te. Itemque Manifestaui nomen
tuum hominibus quos dedisti mihi quia tui sunt. Pater
sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi.
Hec forma pietatis. hoc sacramentum dominice
dilectionis exprimebatur in aaron. cum uitulo obla
to. hoc est ad altare applicito. et ad mactan
dum parato. orabat pro se et pro domo sua. Christus autem
precipuus agens a mundo eos discreuit dicens.
Ego pro eis rogo. non pro mundo. Sunt uero inter suos
quam plures speciem habentes pietatis. sed uir-
tutem illius abnegantes. qui dicunt domine domine. sed que
dicunt non faciunt. quos ipse in fine negaturus
est dicens. Non noui uos recedite a me qui opera
mini iniquitatem. Horum ergo lex quoque diuisionem
faciens oblato uitulo pontificis qui pro peccato
iubetur offerri. docet alios esse quibus hec
hostia ueniam acquirat. alios uero quibus obdu
ratiam suam et cor inpenitens nil remedium
conferat. Post principalem namque illam uictimam
duos hyrcos in ostio tabernaculi statuit.
Omnes siquidem qui in ecclesia sunt ingressum
regni celestis expectare uidentur. sed ille qui
in sinagoga deorum stat. etiam inter deos iudicat.
Inde est quod duo hyrci coram domino in tabna
culi ostio stare prohibentur. Mittitur ergo super utrumque

Quid illi qui forte conscii sunt aliquorum de lictorum.

de mundo. Ego pro eis rogo non pro mundo rogo sed pro his quos dedisti mihi.